



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

152. Scenici Iudi: Ex D. Cypriano: ep. 2. l. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

cum bellæ ritu traheretur ingenuus, paulò ante diues, & liber, de te fortuna, vt inclemēti, querebarur, & cæca, quæ cum puncto temporis breuioris extortum, & dulcedine charitatum, domoque extorem, quam concessisse vidit in cinerem, & ruinas, aut lacerandum membratim, aut seruitutum sub verberibus, & tormentis, crudo deuouisti victori.

munt impudicam Venerem, adulterum Martem, loquem illum suum, non magis regno, quam vitijs principem, in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem. Nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre defluere: nunc in pubescentium puerorum raptus, ministris aibus proflire: Quære nunc an possit esse, qui spectat, integer, vel pudicus.

SCENICI LYDI.

Ex D. Cypriano, ep. 2. lib. 1.

Descriptio. CL.

Conuerte hinc vultus ad diuersa spectaculi, non minus poenitenda contagia: in theatris quoque conspicies, quod tibi, & dolori sit, & pudori.

Cothurnus est tragicus prisca facinora carmine recensere: de patricijs, & in cæcis horror antiquus: expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne sæculis transeuntibus exolescat: quod aliquando commissum est: admonetur omnis ætas auditu fieri posse, quod factum est: nunquam æui senio delicta moriuntur: nunquam temporibus crimen obruitur: nunquam scelus obliuione sepelitur: exempla sunt, quæ esse iam facinora destituerunt, tum delectat in mimis turpitudinum magisterio, vel quid domi gessent recognoscere, vel quid gerere possit, audire. Adulterium afficitur, dum videtur, & lenocinante ad viria publica authoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, impudica de spectaculo reuertitur. Adhuc deinde morum, quanta labe, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, histrionicis gestibus inquinari: videre contra sædus, iusque nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam. Euirantur mores, honor omnis, & vigor sexus eneruati corporis dedecore molliuntur: plusque illic placet, quisquis virum infeminam magis fregerit: in laudem crescit ex crimine, & peritior, quo turpior iudicatur. Spectatur hic, proh nefas! & libenter. Quid non possit suadere, qui talis est? mouet sensus, mulect affectus, expugnat honi pectoris conscientiam fortiolem: Nec deest probri blandientis authoritas, vt auditu molliore perniciēs hominibus obrepat, expri-

SALTATORES.

Maffæus, lib. 1.

Descriptio. CLII.

Naires autem penes quos totius rei militaris est cura, vt septimum circiter ætatis annum attingere, teneri corpusculi neruis diu, multumque distentis, laxatisque compagibus, adhibita frequenti vnctione sesamini olei per aliptas peritissimos, ad agilitatem penè incredibilem perducuntur: itaque velut exosses artus, omnem in partem arbitratu suo torquere, ac flectere, saltus retroisum æque, atque in aduersum edere longissimos, & in lucta varios nexu pariter implicare, atque explicare condiscunt.

CONVIVIA, ET LVXVS.

Apuleius, lib. 6. metam.

Descriptio. CLIII.

Nec mora cum cæna nuptialis affluens exhibetur, accumbebat summum torum maritus, Psychea gremio suo complexus, sic & cum sua Iunone Iupiter, ac per ordinem deinde tori Dei. Tunc poculum nectaris: quod vinum Deorum est, Ioui quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris vero liber ministrabat. Vulcanus cœnam coquebat. Horæ rosas, & floribus purpurabant omnia. Gratia spargebant balsama, Musæ quoque canora personabant. Apollo cantauit ad cytharam, Venus suauis musicæ superingressa formosa saltauit: cum Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret. Satyrus, & Paniscus ad fistulam disceret.

ITEM.